



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 3. An possit sæpiùs obtineri hæc Jubilæa Indulgentia?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

equè, qui modò Romæ versantur , quām illis, qui hoc sunt venturi, hoc Anno sancto, ad quem se extendit tantum hæc facultas. Hactenus verba istius Norificationis.

Ex illis confirmat Gobat quod antè dixit, in Bullâ Jubilæa Anni Sancti nihil hoc anno contigeret nisi indulgentiam; non verò implicitè aut explicitè potestatem eligendi Confessarium, qui absolvat à reservatis, & vota commutet. Nempe specialis illa concessio Clementis X. hoc satis demonstrat , ut Author ille doctè expedit.

Quocirca si Pontifex, Anno Sancto proximè futuro, simile quid non concedat; non erit facultas absolvendi à reservatis, aut vota commutandi, nisi penes eos, qui bus specialiter, ut affoler, concessa fuerit.

Q. 3. An possit sapienti obtineri hec Jubilæa indulgentia?

R. Affirmative; toties, quoties ab anno præstantur opera præscripta. Navarrus Notab. 32. n. 46. &c. Notab.

22 P. 2. De Jubilao Anni Sandi.

34. n. Et licet Filliuciustr. 8. n. 278.  
referat Clementem VIII. respondisse , semel tantum posse obtineri ( de quo vide P. 3. sect. 2. q. 7. ) tamen adhuc affirmarunt Zecchius libro edito anno 1601. De Indulg. & Jubil. c. 4. n. 8. Lorichius n. 23. vers. Duodecimò, cum Benzonio; Bonacina De Indulg. q. 1. pu. 2. n. 5. fine, dicens ita declaravisse Summum Pontificem Urbanum VIII. Castropalao pu. 12. §. 1. n. 6. Gobat n. 403. dicens id plerosque Authores tradere.

## SECTIO IV.

### DE SUSPENSIONE INDULGENTIARUM ET FACULTATUM, PER ANNUM SANCTUM.

**S**olent Pontifices, cum publicatio-  
ne Anni Sancti, ferè simul publi-  
care suspensionem Indulgentiarum  
& quarumdam facultatum, ut Popu-  
lus Christianus magis excitetur ad  
visitanda limina Apostolorum, alia-  
que